

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,  
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

In Festo SS. Apostolorum Philippi & Iacobi. Non turbetur cor vestrum, &c.  
Ioan. 14. 1. De Ecclesiæ maiestate. 2. De insigni Apostolorum prærogatiua  
& gloria. 3. De varijs titulis, & figuratione ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](#)

## IN FESTO SS. APOSTOLORVM PHILIPPI ET IACOBI.

## Partitio.

- I. De Ecclesia maiestate.
  - II. De insigni Apostolorum prærogatiua & gloria.
  - III. De varijs titulis, & figuratione duodecimaria.
  - IV. Deturbatione illorum, & passionum indicij.
  - V. Passionum humanarum species tres.
  - VI. Turbari in homine sex dicuntur.
  - VII. De particuliari Apostolorum Philippi & Iacobi commendatione.
  - VIII. De Prælatorum bonorum descriptione.
- Non turbetur cor vestrum, neque formidet.*
- Ioan. 14.

## FIGVR A.

Exod. 25.

IN admirabili illa arcæ Testamenti, vel oraculi Mosaici compagatione, quam Exodi 25. describi legimus, inter cetera eius membra & partes illustiores, duos videre est Cherubinos aureos, superne productiles, ingentes, alis expansis scinuice intuentes, & iisdem propitiatorum obumbrantes. Mox ut oculos mentemque ad vetus hoc opus, & par Cherubinorum converto, sicut mihi occurrit, iam tum illos duorum nostrorum Apostolorum, Philippi & Iacobi imaginem & figuram fuisse. Quod enim duo illi olim in Mosaico oraculo fuere, hoc hodierna die hi sunt in Ecclesia Christi, ambo noui quidam Cherubini, ambo charitate aurei, cœlesti sapientia pleni, se mutuo fraterna quadam societate respicientes, & prædicationis per orbem diffusæ alii, & doctrinæ virtutisque plumis Ecclesiæ propitiatorium velantes. Equidem hodierna die hæ singulatim deducere decreui, & duorum horum Apostolorum honorem, gloriam, meritorumque splendorem ac decus dicendo prosequi. Ut vero gratia nobis sua succurrat Omnipotens, ad Virginem nos conuertamus,

quò eam patronam & adiutricem experiamur, ipsam proinde cum paranypho Gabriele compellemus dicentes.

## AVE MARIA.

I.

Ecclesiæ Christianæ maiestatem, & datam diuinitùs primis eius principibus, i. Apostolis, potestatem spiritu fatidico propheticoque eminus præsidens, hominibusque fideliter denuntians Psaltes, hoc de eadem modo locutus est, *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam Dijs fortis terra Psal. 46. vehementer eleuati sunt.* Litteralis vaticinij Propheta huius sensus est, *Populorum Principes cum David de fabditis, maiorum suorum Dijs relictis, qui Ecclesiæ que cum Deo Abraham, qui solus verus est maiestas.* Deus, congregandi erant, & Apostolorum prædicatione ad eius cultum redigendi: Si, inquam, Principes velut Dijs quidam & numina terrefria mirifice eleuati sunt: & cum antè per idololatriam serui & mancipia essent dæmonum, modo per veram fidem filij Dei, Dei inquam veri & viuentis & regni illius constituti sunt hæredes.

Sensum hunc aliquo modo etiam innuit versio Hebræa: in fontibus enim legitur: *Quoniam Dijs scuta terra valde eleuati sunt.* D. Hieronymus autem rō scuta terre ponderans, aliud quid spectat, & ita ex Hebræo interpretatur, *Potentes siue magistratus terræ.* Principes enī, cum potentes quidam dij sicut & fortis terræ, Deorum exemplo commissas ipsi terras & resp. tueri, & manu valida aduersus vim omnium externam propugnare oportet.

Aliam insistens viam Augustinus, alioque deflectens, de superbis & arrogantibus hæc expōnit, qui cum magno Deo Abraham congregati non sunt, Euangelijque prædicationi aurem accommodare noluerūt, sed ob fastum, arrogantiā ac superbiam a Deo reprobati sunt.

Alij verò aliter interpretantes, per Deos illos fortis terre, quos D. Hieronymus scuta interpretatur, iudices, Praesides, Consiliarios, alioque mundi huius magistratus designari volunt, nec sanè præter rem. Illi namque velet dij quidam minorum gentium, in iustitia solium euerūt, & potentiae terrenæ modermina tenentes, absoluunt, condemnant, quasi

Versio S.  
Hieronymi  
ex Hebræo.

S. Augustini exposi-  
tio.

Magistra-  
tus terræ  
dij appel-  
lantur.

Omnis  
magistrati  
bus velut  
diis terre-  
nis honore  
exhibent.

dij quidam, ligant & dissoluunt velut fortis;  
de que honore, bonis & vita ut supremi & ab-  
soluti domini pro arbitrio disponunt. In  
quantum vero innocentia tuerintur, in reos  
& fontes animaduertunt, mala impediunt,  
bonum conservant, iniustiam oppug-  
nant, aequitatem propugnant, denique sta-  
tus & respubl. conservant, regna floresce-  
re faciunt, subditis pacem tranquillitatemque  
procurant, lites proseribunt, turbas tol-  
lunt, & concentrationibus finem imponunt,  
scuta & vmbones terra merito nonunantur.  
Hanc ob causam hidij, hi protectores vehe-  
menter elcuati sunt; impij namque & scelerati  
eos metunt, boni reverentur, nobiles cu-  
lunt, diuites ambiunt, pauperes & ple-  
beii adorant, ac nemio non honoribus cu-  
mulat.

Expositio  
S. Chrysostomi.

S. ioanni Chrysostomo non aridet haec  
expositio, & in alia secedens, locum hunc  
de Apostolis explicat, quorum opere & admini-  
culo Principe Gentium conuerteri, & per Euangeli-  
j prædicationem ad Dei Abrahamici  
pedes sunt adducti, vt suos nimirum erro-  
res ciurarent, superstitiones pristinas desere-  
rent, à Gentilium deliriis recederent, idola re-  
pudiarent, atque hun verborum genuinum  
esse sensum vult. Dynastæ & popuolorum  
Principes cum Deo Abraham collecti sunt, cō  
quod dij fortis terra, id est, Apostoli magnopere  
exaltati sunt; tanta namque sapientia  
ad cognoscenda mysteria, tot scientijs ad  
sacras Scripturas intelligendas, tot virtuti-  
bus, quod vitam ipsorum omnes obstupescer-  
ent, tota potestate ad patranda prodigiaze-  
plati sunt; vt mundi huius reges ac monarchæ  
illis resistere minime valuerint, sed arma exue-  
re, ferociam d̄ponere, idola profernere, vi-  
tij valedicere, fidei aures & animum dare, in-  
tellectum in captiuitatem redigere, paenitentiam complecti, humilium pectorum  
iussis parere, crucis vexillum sequi, in Christum credere, & Euangeliū iugum vitro subire  
coacti sint.

II.  
Robur  
Apostolo-  
rum.

Et sanè Apostoli Spiritu S. pleni adeò for-  
tes & potentes facti sunt, vt pericula omnia  
interriti euaserint difficultates perfregerint,  
tormentis omnibus superiores fuerint, cru-  
ciatus riserint, inferos domuerint, dæmo-  
nes fregerint, tyrannis insultariat, idola cucur-  
s

terint, regna & monarchias subegerint, ac  
pro libito de ijs disposuerint, omnem deni-  
que terræ sapientiam superarint. Quia  
de ipsis illud à Psalmographo dictum mihi  
pertuadeo, *Dabit fortitudinem plebis tua.*

*Psal. 27.*

Vere igitur iuxta interpretationem hanc  
Græcam Apostoli *Dij fortis, scuta, & potentes*  
*terra nominati sunt, quorum figura & imago*  
*fortes, scu-*  
*fuere generosi illi Rubenitæ & magnanimi*  
*Gidditæ, quibus tam inclytum & illustre Scri-*  
*ptura in Paralipomenon libro dat elogium, ræ.*  
*Viri bellatores, fentia portantes & gladio, &*  
*tendentes arcum, eruditig, ad præmium*  
*Quæ Rubenitæ in Apostolos nostros non inconci-*  
*næ quadrant. Egregij namque bellatores fue-*  
*re gladium gestantes & scutata, & in militia*  
*spirituali probè exercitati, bellarunt siquidem*  
*aduersus vitia, contra idola depugnarunt, arma*  
*ipsorum fuit prædicatio, tela oratio, scuta pa-*  
*tientia, triumphi & victoriae impiorum con-*  
*uerio, idolorum subuersio, dæmonum fu-*  
*ga, tyranorum contemptus, Philoso-*  
*phorum confusio, & Euangeliū confirma-*  
*to.*

*Paral.*

Verè inquam scuta fuisse Apostoli, scuta  
scilicet & vmbones ad Ecclesiæ protegen-  
dam, quos clypei illi, è turri David circum-  
secus pedentes, quorum in Cantico fit men-  
tio (*mille clypei pendunt ex ea*) adumbrarunt. *Cant. 5.*  
illi item clypei, quos fieri Salomon iussit, & in *3. Reg. 10.*  
templo asserua. Notemus hic oportet, Apostoli  
quemadmodum cum Salomon Rex ille sapiè-  
vera Ecclesiæ, ad templi sui decus & splendo-  
rem ducentos ex auro clypeos conflari iussi-  
fet, de quibus scriptum est. *Fecit Rex Salo-*  
*mon ducenta scuta aurea, & AEgypti Rex,*  
*idolorum cultu deditus, eadem inde sustu-*  
*lisset, vrodeum narratulibro Roboam Rex*  
*Israel totidem æra in eorum locum fur-  
gauit; ita & C B R 15 r v M Dominum, de*  
*quo scripsum est, Ecce plus quam Salomon hic,*  
*cum duodecim Ecclesia iuxa Apostolos ve-*  
*lut totidem scuta aurea, Apostolos inquam*  
*charitate rutilantes & ardentes, ad eius tu-*  
*tionem reliquisset; & mundus, tyranus ille*  
*crudelitate & barbarie notissimus supplicis*  
*& tormentis inauditis è medio eos sustu-*  
*lisset, viros obscuriores, & pælatos æreos,*  
*scuta nullius momenti, & nonnisi flammis*  
*apta, de quibus Psaltes intelligendus loqui,*  
*dum*

*Matth. 14.*

*Psal. 45.* dum ait, *Arma & scuta comburet igni*, in eorum locum substituiscit, & succelfores dedisse.

*Apostoli apostolice & secretarii fideli Dei.* Porro non modò Ecclesiæ scuta & tortius vniuersi arma, propugnaculaque Apostoli & fuit & dicuntur, sed & amicos suos, Auditores, & arcanorum suorum consciens, quibus scilicet quæcumque à Patre suo didicisset mysteria, reuelarat, Dei filius eos vocavit: *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiri à Patre meo, nota feci vobis* non quasi cuncta, quæ sacrae Iesu Christi humana- tati cœli us reuelata erant, Apostolis vi- cissim innotuerint: (aliо qui namque discipu- lorum scientia magni ipsius doctoris scientiæ par & æquivalens fuisset, quod nec sit vero simile, nec vilo modo in fide admittendum est) sed illa dumtaxat, quorum erant capaces, quæque ad magni illius munera, ad quod vocati erant, exercitium, & officii sui hono- rem necessaria videbantur. Adeò ut per *ad omnia intelligendum veniat, quidquid ad ho-*

*Quænam Apostolis reuelata.* minum salutem erat necessarium, omnia item mysteria, quæ sacris litteris quoad fi- dei articulos continebantur, bonum proximi, & an marum conuersio; quid, quid ad Legis, Prophetarum, & Euangelij intelligentiam spe- cibat; quidquid ad Euangelij prædicatio- nem requirebatur; omnia denique, quæ ho- minibus vtrumque reuelari debebant, & forte multa alia, quæ Angelis ipsis erant incognita, nec reuelanda.

*Apostoli dicti secre- tarii Dei,* Quonam autem modo hoc capiamus, param refert, honori saltem permagno Apo- stolis est, arcanorum redemptoris mundi ex parte consciens esse, illiusque amicos nominari. Quam dum Plantes dignita- tem perpenderet, nos potest quin exclamet, *Mihimnis honorificati sunt amici tui* Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

*Psal. 132.* Mihi, inquam, id est, meo iudicio & senten- tia, nimium quantum Apostoli honora- ti sunt, quod scilicet amici tui facti sint, à te omnia mysteria didicerint, omnisque illis potestas data sit. Infinite nimiumque eos mihi exalatos persuadeo, quod velut totius vniuersi principes à te, Deus meus, fue- rint constituti, iuxta aliam illam prophete- tiam, *Constitues eos principes super omnem ter- ram*, Principes inquam non vnicæ viri, non

vni prouinciae, non vni dumtaxat regno, sed Apostoli vniuersis orbis rebus publicis, dominis, & im- perioris praefectos. Hinc nimis (id est, valde) con- Principes fortatus est principatus, id est, potestas & au- super omniarum regna.

Quam inclita porro & illustria in sacris mundi, volvuntur in multis illis imposita nomina legi. *Psal. 44.* mus: Nempe sol, id est, omnis sapientia, doctrina, & putitas, terra, lux, sol, fax & lumen Tituli A- mundi, ministri noui testamenti; hoc porro eos postolorū nomine vocat Apostolus: *Qui, inquit, Deus in sacra* scilicet, non Angeli, non homines, & idoneos Scriptura nos fecit ministros noui Testamenti, & virtutem 2. Cor. 3. suis voluntatis executores. Adhuc Ministri i Cor. 4. Christi. Nomen hoc permagni fecit Apo- stolus, dum ait, *Sic nos existimat homo, ut mi- nistros Christi*; quasi diceret: Quos nos esse putat homo? quid de nobis sentit? credat nos esse ministros & factores Christi Iesu. Di- spensatores denique mysteriorum Dei, id est, ce: onomii & curatores domus Dei, arcanorum eius secretarij, & mysteriorum factorum di- spensatores, quod Apostolus Romanos in sua ad Corinthios epistola misericorditer deprecatur & ex- tollit.

Si nomina hæc & encomia è noui testa- menti scribijs de prompta ad dignitatibus Apo- stolicæ eminentiam designandam magnopere conducent, sanctæ è veteri Testamento fi- guræ, ad eorum numeru n præsignandum, multo etiam futuras sunt illustiores. Siquidem euodens illorum numerus diuersimode expressus conspicitur. Duodecim illi principes tribuum, quos populo regendo docendoque Moses selegit, iam tum evidenter illorum erant imago: Apostoli namque velut duodecim quidam Principes, qui omnes terræ popu- los dirigerent, erudirentq; ab ipso Christo im- mediate selecti sunt.

Populi Israelitici ductor Ioseph, qui Chan- naeos omnes & stirpem impiam excindere de- creuerat, duodecim viros animoslos elegit, qui Ios. 4. è Iordanis alueo duodecim tollerent lapides, su- per quibus tentoria sua explicabant Israelitæ, Apostoli & caltha metababantur. Dicum omnium Rex, & similes 12. Regum Dux Christus totidem sibi viros deie- viris, qui è git, duodecim inquam Apostolos, animo & fundo Ior- robore præstares, qui è sacra Scriptura abyssō, danis 12. & mysteriorum profundo duodecim fidei arti- culos, è quibus vniuersale quoddam symbo- lapides. *Iun.*

Figuræ  
duodecim  
Apostolo-  
rum nume-  
rum deno-  
rantes.

*Num. 1.*

lum conflatum est, eduxerunt; quibus exinde  
vniuersitate Ecclesiæ moles inædificata est.

*Num. 12.*

Item Principis tibiū, qui ad tabernaculi fabricam & dedicationem pretiosa & eadem obtulerunt donaria. Hac rursus figura duodecim designari Apostolos quis nō videat? singuli namq; Principes cum essent, & eadē animi pietate & stuant, sua quique dona, vitam, doctrinā, & actiones ad Ecclesiæ constructionem dedicarunt.

*Apoc. 21.*

Apostoli sunt funda-  
menta &  
portæ Ec-  
clesiæ.

*Num. 33.*

Apostoli fontes sunt  
Ecclesiæ.  
*Isa. 12.*

3. *Reg. 4. 12.*

Apostoli sunt œco-  
nomi Chri-  
sti.

In Numeris offerunt se duodecim tribuum Principes, qui vtrō, & eodem zelo bonoris diuinī moti, ad tabernaculi fabricam & dedicationem pretiosa & eadem obtulerunt donaria. Hac rursus figura duodecim designari Apostolos quis nō videat? singuli namq; Principes cum essent, & eadē animi pietate & stuant, sua quique dona, vitam, doctrinā, & actiones ad Ecclesiæ constructionem dedicarunt.

In Apocalypticis Reuelationibus duodecim describuntur portæ & toridem funda-  
menta cœlestis Ierusalem. Quibus duodecim nos-  
tris Apostolos admirari non est multis opus ostendere. Vera namque illi regio  
fuerit fundamenta, & duodecim ingentes Ecclesiæ portæ, per quas ad fidei adyta & Chri-  
stiana sacra populi & nationes penetrarunt.

Cum duodecim illos fontes Elii consider-  
o, occurrit ilicē menti, numerum huic incastum, aut sine ratione minimè possum esse, & quidem fontium; quare mecum ipse statuo, Apostolorum numerum iam tum designate Deum voluisse. Fuerunt enim illi Ecclesiæ fontes, & forsitan fontes illi Salvatoris, de quibus locuti sunt Prophetæ, & his potissimum verbis, *Haurieris aquas (gratiæ) in gaudiis de fontibus Salvatoris.*

Sacra percurrenti volumina occurrerunt duodecim illustres in aula Salomonis regis cœconomi, qui annonam & mensam regiam singillatim curabant, domumque vniuersitatem victu prospiciebant: *Habebat autem Salomon duodecim prefitos super omnem Irael, qui præbebat annonam regi, & domui eius. Et iam tum censébam certo hoc virorum numero, & hac cœconomica dignitate Apostolos in Deo domo, id est, Ecclesia, electos & constitutos signari.* Nam fuere quasi illustres quidam cœconomi veri illius Salomonis, id est, Christi, ut domui & aulæ eius de doctrinæ & Sacramen-  
torum ferculis prospicerent.

Inter eos porrò non minimi fuere Philip-  
pus & Iacobus, quos hodie peculiari quadam ratione Ecclesia colit, eosque exaltans & cele-  
brans, ac velut duos ex illustribus illis cœconomi, duos è limpidis illis fontibus, duas è regijs illis portis, duos de numero Principum magnorum, alijsque modis designatos propo-

nens hoc de illis Euangeliū legendum exhibet, *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.* More meo, primo Euangelij seriem exponam, deinde ad duorum horum Apostolorum laudes & praeconia delabar.

Primo itaque, solent generosi in bello duces & imperatores verbis suos ad animos cū hoste contigendum adhortari, & iacentes metu animos heroicè ac fortiter à maioribus gestorum cotamemoratione erigere, præclarum hinc illorum nomen, laudes quas passim ab omnibus accepere, trophyæ & pyramides, statuas & reu triumphales in gratiam eorum erectos, & quæ ad eos inde dimanauit, gloriā apud milites ac nepotes deprædicando. Illinc verò bonorum, prædæ, spoliorum, ac manubiarum ex hoste reserendarum spe excitant, felicemque belli eventum, inimicorum profligationem, pugnae facilitatem, & certissimæ victoriam spondent, & ob oculos ponunt. Ita fuos in ipsa iam configendi hora animabat Antigonus rex Antigonus relatam olim ex hoste gazam regis ad & opes palam ostentans, dixitque, *Hæc sunt, suos ora-  
propter que pugnabitio socij.*

Hoc quidem è profana pharetra deceptum est telum; sed simile omnino in facis li-  
teris reperi est: *Iude, inquam, Machabæi,  
populi Iudaici ductoris. Hic ergo hortabatur  
iustos, ne formidarent ad aduentum nationum,* 2. *Mach. viii  
sed in mente haberent adiutoria sibi facta de  
cœlo, & nunc sperarent ab omnipotente sibi af-  
futuram victoriam.* Hæc ille oratione & exhortatione meticuloſissimos queslibet ad for-  
titer cuam maximè aſcipiri ac dubio in pœ-  
lio agendum extimulare potuſſet.

Redemptor orbis Christus, magnus ille re-  
gum ducumque rex, mundo inferiisque bellum  
cum indixisset, Ecclesiæ castra fixisset, & ijs Christi ad  
duodecim tribunos & imperatores intrepidos  
prefecisset, vt animum ijs adderet, & ad omni-  
genos conflictus obduraret, metum quoque  
omnem eriperet, his eos verbis ad generosè &  
& ahdicè decerrandum exitauit: *Non tur-  
betur cor vestrum, neque formidet.* Quasi dice-  
ret, *Sumite animos, Apostoli mei, nolite metu  
ac formidine cœripi, timorem ejicite, gene-  
rosos vos ostendite, animus non vacillet aut  
nutet, sed contra pericula eritatur auden-  
tius.*

Tribus discipulos prædicterat Dominus re-  
bus per-

IV.

Tria Apo- rebus perturbandos, & percellendos. Prima, eius erat ex hoc mundo discessus & separatio per mortem crucis, *Adhuc modicum vobis sum*. quod extremum illis moerorem afferebat. Secunda, domestica conspiratio Iudee, que omnes perturbavit, dum audirent, *Vnus vestrum me tradidit* est. Tertia, persequendos illos fore, & magis afflictionibus in hoc mundo exagitandos: *In mundo pressuram habebitis*, quod vehementer illos percellebat, & terribiles in animis eorum motus causabatur. Hodie porro omnem hanc formidinem discutit, & tempestates has motusque diuitiarum æternarum sp̄e obiecta serenat, & æternam illis mercedem proponens, ad patientiam eos animat alterius vitæ gloria in mentem reuocata, dicens, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*; quasi diceret: In Patris mei æterni dominio varia sunt habitacula, & variae eorum, qui in meum fidi obsequium, a scriter aduersus mundum pugnare parati sunt, remunerandorum rationes, quapropter non turbetur cor vestrum.

**Passionum** humanarū natura. Habent hoc passiones omnes, & appetitus sensibilis emotiones, ut cum vehementius insurgunt, hominem penitus perturbent, & animam eius acriter exagent. Hinc perturbaciones non immerito vocantur & passiones; passiones quidem, quod hominem interdum illarum tyrannis, & violentia pati cogat, iudicium omne & rationem perturbando, sanguinem & humores interdum frigescendo, alias inflammando, cor diuersimodè excrucianto, & lancingando, & vniuersum animæ regnum perturbando. Perturbaciones autem, quod tempus aliquā corporis alternationem, motumq; secum trahant, & humorum & spirituum in hac republ. regnantium emotiones cauulentur; hinc sit, ut in hominis vultu, velut in speculo, alterationum harum, motum, mutationum, caloris, frigoris, turbationum, tempestatum signa indicaque comparent.

Si enim quis iracundia & bili effervescat, emicat oculis ignis, si metu correptus sit, ipse in venis sanguis congelascit, vultus pallorem induit, genua labant, & totis artibus contempsit. Si gaudio effervatur, facies omnis ad risum composita est: sin tristitia prædominetur, & mentem occuparit, in ipsis ossibus medulla exarcescit, fronte corrugatur, agendi ratio

*Bess de Sandis.*

fracta, vultus omnis gestusq; tetricus, verba interrupta, & animus pusillanimis: atq; ita de alijs, quæ quantum intrinsecè inualescunt & dominantur; tantum suam foris violentiam patefaciunt & exhibent.

Certum porro est & exploratum, humorum concinnationem & actum appetitus ut plurimum in hominis manu, potestate, domino, imperioque situm non esse, iuxta illam Ethicorum doctrinam: *Primi motus non sunt in hominibus potestate*. Sed ipse voluntatis actus, qui seditiones ac turbationes has sequi, & appetitui turbulentio quam proximè imminere solet, in nostra situs est manu ac dispositione, & à nostri imperij legibus iussisque dependet. Quoniam vero, cum semel appetitus insurrexit & omnia commiscerit, ad rationem peruerterendam, inque partes suas perturbandas plurimum potest, hinc Dei Filius hac Apostolos ratione adhortatur, *Non turbetur cor vestrum*, perinde ac si diceret, fortis vos in bellis exhibete, animum declarate, aduersis resistite, passiones coercite, tristitia, micerori aut pusillanimati nolite cedere.

Aegyptiis suis in hieroglyphicis timidos & Timidi homines in periculis confernatos per pisces minis hieropoda designabant. Hic namque pisces, ubi rogliphita imminet discriri, fuga se non subducit, cum nec vita consilii fugiendo, sed scopulum aliquem aut rupem petat, in qua fixus haeret & confernatus, sacerdotem pauore correptus ipsius pisatoris, & eius, a quo impetratur, nescius pauidusque brachio adhaerescit. Pisces hunc olim imitatus est Psalmographus, dum paucum, animaque tua confernatione liberè testatus scribit, *Cer meum confurbatum est in me, dereliquit me virtus mea, & lumen Psal. 17c oculorum meorum & ipsum non est meum*; quasi diceret: animi me perturbationes ita stupidum reddiderunt, mihi ut animus nullus superficie illarum ut impetum vix sustineam, nec oculos aut lumen ad miseras meas agnoscendas habeam. Hæc ergo discrimina præuidens Redemptor merito discipulis ait: *Non turbetur cor vestrum*.

Magnus Apostolus Paulus, verè in qua in omnibus magnus, mentionem hanc adesti animoq; insculperat, ut suo fratribus que nomine gloriari honorificè non vereatur, *In omnibus tribulationem patimur, sed non r. Cor. 4.*

Primi motus non sunt in hominibus potestate.

Signa passionum in homine.

*angustiamur.* id est: In omnibus, & ex omnibus aduersaria ferenda nobis veniunt, & grauia afflictionum tela in nos ingruunt: sed non idcirco animum despodemus, non idcirco cedimus, non ideo ad extremas redigimus angustias, non propterea turbatur cor nostrum, metus nos non inuadit, timor deniq; aut formido nihil in nos potestatis habet.

Generosum & ad pericula infractum virum qui videt, ne visionem magnam videt, quem Moyses olim, rubrum scilicet ardorem & incombustum, virum scilicet igne circumdatum, non tamen vel vultatum. Vir enim bonus, qui in tribulationum flammis versatur, non tamen ardet; ab afflictionibus impetratur, non propterea tamen cedit aut succumbit, sed patiendo imperterritus manet, admirabilis & magna est visio, vereque rubus ille Mosaicus. Talis haud dubie erat ille Israëlitarum Rex, qui dicebat, *Si exurgat aduersum me pralium, in hoc ego sperabo.* non propterea paucob., aut spei mea anchoram abiiciam.

Huc alludit sanctus Iob generosum describens equum, & bellis conflictu quoque assuetum, & ait: *Cum audierit buccinam, dicit, Vah;* quæ latantis plaudentijs est interieatio. In locum hunc commetans Magnus Gregorius, de viro iusto, non vero equo Iobū manifeste loqui asserit, equus enim cum brutis & loquacē expers sit, *Vah* dicere nequit. Dicere ergo vult, iustū, generosum inquam Christi pugilem, vbi tribulationum aduersitatemq; impetus ac tempestates ad se impugnādum videtur ingruere, adeo certaminis discrimine non terri aut cōfaternari, vt ē contra interritus persistat, & animus gestiens laetitia subsulter. Hoc scilicet dogma & monita Redemptoris sequi est momentis suis, *Non turbetur cor vestrum.* &c.

Dent. 20.

In Deuteronomij codicem lex hac relata est: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos,* & *videbis equitatus & currus,* & *maiores quam tu habebas aduersarij exercitus multitudinem,* non timebis eos, quia Dominus Deus tecum est: quod solum in lege iussu Dei scripta veteribus dictū & imperatum est, id ipsum in lege gratiae ab ipso Redemptore verbis prope similibus, sed brevioribus & succinctioribus repetitum est, dicente, *Non turbetur cor vestrum,* &c. Quid potrō metuamus, si nos tuendos protegendoſque suscipiat Deus: ecquæ timenda potentia

aut vis, si in partes nostras ipsa excubet omnipotens? Quia nixus beatus Iob intrepide nullaque minas perhorrescens Domino aiebat, *Pone me iuxta te,* & *cuīus manus pugnet* Job 17. *contra me.* perinde ac si dicaret, Tu morād mecum sis Domine, ne vniuersum quidem mundum metuo. Arque hic verborum Dominicorum, *Non turbetur cor vestrum,* sensus est.

Insignem portrō in hæc verba considerat nem habet D. Cyrilus, atque Dominini, ut nec perturbationem omnia reprehendit, ne forte turbati in desperationis barathrum ruerent, ita nec eam planè approbasse aut laudasse, ne ab eadem superarentur, sed blande eos placideque ne turbarentur commonuisse. Non enim eis ait, *Nolite turbari:* ù quod fieri plane nequeat, vt ab omni fulgido conficitur & impetu homo planè sit immunis: tū vero quod omnis passio non semper vitium aliquod secūtrahat, cum & ipse orb's Redemptor Christus, Unigenitus Patris iſdē fuerit obnoxius: tametsi bi in ipso motu propassiones potius dicerentur) & huiusmodi commotiones senserit, & cor eius turbationibus ac procellis nonnumquam concussum sit, sed ait, *Non turbetur cor vestrum:* i. ne iudicium & ratio his passionibus succumbant, autcedant, ne procul à boni trahite abiepta è thoro iustitia euellantur. Et si forte potentiae & partes inferiores, sensusque nonnumquam turbentur, seq; commoueri sentiant, ratio saltē velut domina & princeps semper dominetur & superior sit, cōsentum nō præster, videat ne infestetur, bonoq; adhærens nunquam à virtute desciscat, sed in eadem infracta permaneat.

Tria portrō in sacris litteris passionū genera V.  
notare est, prima laudem meretur, altera to- Tres hu-  
luerari potest, tertia deniq; vituperanda: prio- manarum  
ribus commoueri Christianum est, & virtutē perturba- inuoluunt, ultima noxia est & vitium. Prima tionum  
quidem perturbatio honesta admodum est, ac species.  
bonum & virtutem involuit, cum ob pecca-  
ta sua quis perturbatur: hæc sancta  
quædam p. filio est, quæq; summis extollenda  
& imperatum est, id ipsum in lege gratiae ab  
ipso Redemptore verbis prope similibus, sed  
laudibus, quæ sentiebant illi, de quibus Psal- Psal. 47.  
tes canit, *Ipsi videntes, sc. peccata, turbari sunt,*  
*commoti sunt, tremor apprehendit eos.*

Insigne hanc passionem mitificè extollit Apostolus, & eam Corinthijs omnibus appre- 2. Cor. 7.  
catur, dicens; *Gaudet propter vos, quia contrista-  
ti est.*

Honorabilis passio, gaudio sumitque consolatur extrema illa quæ à do-lore pecca-to, ob peccata nempē concepta, quorum vel torum pro-recordatio tantoperè vobis displicet, & pœna- cedit.

rum ijs debitariū memoria adeò vos concu- tur, idq; ex causa licita ac honesta. Talis est, dum ob mortem parentum dolorem concipi- mus, eorumque funera plangimus. Hoc Iacob modo Iosephum filium amissum lugebat, Gen. 37: dum à fera pessima dilaniatum ē audij: qui illum nuntius adeo consternauit, vt vocife- rans, plangens ac lamentans dixerit: *Descen- dam in infernum lugens, querens filium meum Ioseph:* id est, ita Iosephi me mors & interitus affliget & afficit, vt p̄e dolore vitam sim fi- niturus. Passio hæc triū humana est, ita & excu- sabilis, & veniam meretur.

*Psal. 6.* Eadem regium Dauidis peccus perturbatio occupat, cū diceret, *Sana me Domine, quoniā cōturbata sunt omnia offa mea,* quæ ex Hebreo & Græco verba ita verti possunt, *quoniā tre- muerūs, seu tremefacta sunt offa mea.* q.d. Quoniam iniquitatem & calamitatem meam ego agnosco, hinc adeò consternatus & perturba- tus sum, toto vt corpore contremiscam, quin anima mea adeò se deformem ac miseram cer- nens, & scelus suum detestata ipsumq; per hor- rescens, turbata est valde: sed tu Domine usque quid? an non mei miseratione tangeris? an non plagiæ medelam adhibebis? an non in gratiam me admittes?

Talis quoque luctus & moe or Dauidis Regis fuit, auditio filium suum Absalomum ex. 2. Reg 18. trinctum: cuius ob decepsum ita indoluit, vt in lachrymas prorumpens & peccus plangens, sublata voce & incredibili cum amaritudine exclamaret, *Absalom filimi, quis mihi tribuat.* Planctus ut ego moriar pro te: *Absalom fili mi, fili mi Ab-* Dauidis in salom: mors eum tua, mea est Ah fata crude- morte Ab- lia, cur me tibi relinquunt superstitem? cur me salomi. non potius quam te feram mors corripuit? cur non tuo ipie sum loco? Hi sunt motus quidā naturales, ac proinde tolerabiles. Eadem passio

*Psal. 37.* Tristitia quam pe- cati cau- tur horror, sancta que- dam per- turbatio est.

*Psal. 6.*

ac maiori cum vehementia hanc ipsam pa- sionem alio idem poenitens exprimit loco, Non est pax offib⁹ meis, à facio peccatorum meorum. Id est, peccati mei turpitudinem & grauitatem dum aspicio & tacitus tecum ipse meditor adeò mente animoque concutior, nulla vt animæ pax sit, quin & offa mea tre- more percellantr & pauore quodammodo exanimentur. Sensibilem hanc commo- tionem alio etiam loco vehementius exagge- rat, dum poenitens ait, *Turbatus est à furore oculis meus:* hoc est, dum cogitationis oculos in meorum enormitatē & abominationem fla- gitiorum coniicio, tantam aduersus meipsum iram indignationemq; concepi, vt à furore & rabie oculi planè fuerint conturbati. Cū ergo Reges, Prophetæ, Apostoli, alijq; viri sanctissimi interiorē hanc passionē conciperē haud indignum duxerint, quin potius eamdem in se excitare, in eaq; se exercere contenderint, ac pernagi etiam fecerint, quin laudabilis & honesta ea sit, minime est dubitandum.

Alterā perturbationum species, quam to- lerari posse diximus, est, quæ cor ita commo- uer, lancinat, & afficit, vt dolor inde sequā- tur, idq; ex causa licita ac honesta. Talis est, dum ob mortem parentum dolorem concipi- mus, eorumque funera plangimus. Hoc Iacob modo Iosephum filium amissum lugebat, Gen. 37: dum à fera pessima dilaniatum ē audij: qui illum nuntius adeo consternauit, vt vocife- rans, plangens ac lamentans dixerit: *Descen- dam in infernum lugens, querens filium meum Ioseph:* id est, ita Iosephi me mors & interitus affliget & afficit, vt p̄e dolore vitam sim fi- niturus. Passio hæc triū humana est, ita & excu- sabilis, & veniam meretur.

*Perturbationis* alia est to- lerabilis.

Eadem perturbationum species, quam to- lerari posse diximus, est, quæ cor ita commo- uer, lancinat, & afficit, vt dolor inde sequā- tur, idq; ex causa licita ac honesta. Talis est, dum ob mortem parentum dolorem concipi- mus, eorumque funera plangimus. Hoc Iacob modo Iosephum filium amissum lugebat, Gen. 37: dum à fera pessima dilaniatum ē audij: qui illum nuntius adeo consternauit, vt vocife- rans, plangens ac lamentans dixerit: *Descen- dam in infernum lugens, querens filium meum Ioseph:* id est, ita Iosephi me mors & interitus affliget & afficit, vt p̄e dolore vitam sim fi- niturus. Passio hæc triū humana est, ita & excu- sabilis, & veniam meretur.

At si quis ymq; passionis huius violence aculeos & impetum sensit, lob lanē eos ita sen- sit vt qui maximè: nam auditio, sobolem om- nem & spem posteritatis ruina inuolutam oc- cubuisse, qui omnium bonorum iacturam tam Dolor Iob æquissimo tulerat animo, ad huius clavis nun- in filiorum tum ita constantiam omnem exuit, vt & vir- morte.

*Iob 4.*

Hos autem lugendi excessus Scriptura non re- prehendit, quia imò excusat, & velut rem be-

X 2 ne ge-

nè gestam hoc epiphonemate concludit, In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Et sa- nè, cum naturalia hæc sunt, & cum discretio- ne adhibentur, mala esse nequeunt.

Mortis me-  
tus passio-  
tolerabilis  
est.

Huius item farinæ est perturbatio, quæ è quadam mortis metu profecta humanos ani- mos inuadit & percellit. Noui equidem pas- sionem hanc adçò quidem interdum furiosam esse, ut ad desperationis aut impatientiæ sal- tem extrema hominem redigere videatur; modò tamen rationis arc tuca, & animus à do- loris impetu immunis si, quacumque demum violentia in nos hostis hic ingruat, nullum est vitium: ardores enim sunt fumique illæ eu- nescentes, venti sunt, qui licet spirent & flent, nullum efflant periculum, modò tempe- states non cieant, & nullum caudentur nau- fragium.

*Psal. 54.*

Christus  
mortem ti-  
muit.

*Matth. 27.*

*Iohn. 12.*

Ob bono-  
rum tem-  
poraliū ia-  
ctuā angi-  
dolercque  
nōxium &

defectum è quadam vanitatis ostentatione, & reprehensi- spiritu superbiæ, animum mentemque no- bile est. stram percellit. Huiusmodi passionibus per- turbationibusque concitati erant, quos descri- bit Psalmographus, Turbatis sunt & moti sunt *psal. 108.* sicut ebrios, timor apprehendit eos, & omnis sa- piencia eorum deuorata est.

Quotquot autem ab interno hoc carnifice exagitantur & cruciantur, verè & violentè torquentur, nulla requie gaudent, noctu diu- que assiduis suppliciis tormentisq; patent: cor enim illorum infinitè turbulentis atque æstuans est pelagi, ventis tempestatisbusque tem- per agitari soliti. Docuit hoc ante me Iсаias dicens, Impij autem, inquit, quasi mare seruens, *Isa. 57.* quod quiete non potest, sed semper æstuat, & procellis exagitatur.

In huius rei figuram ac velut in speciem reprehendentis à Redemptore Marthæ illi se- dula ac nobili Mariæ Magdalena sorori di- cūt legimus, *Martha, Martha sollicita es, & Lnc. 10.* turbaxis erga plurima. Perinde ac si diceret: Nō cest bonum rebus & negotiis secularibus tan- cum immergere, animus hominis quietus & tranquillus sit oportet, ratio semper domine- tur, voluntas libertate gaudeat, libertas inze- gra constet, & mens humana placide & leniter conquescat. Atque is item est illerum verborum, Non turbetur cor vestrum, sensus.

Eheu! cùm iam perturbationum & motuum humiorum mentio inciderit, quām mul- tos hodie reperiēt, qui & in sciplos turbantur, & alios turbant. Tales in primis sunt Principes sacerduli & Praefules Ecclesiastici, quo- rum complices sine villa discretione impe- rantes omnia perturbant, & ad inquietu- nem regna sua & diceces concitant. Figura- tè de hisce in parte suo Saule, illius edicta & sciplos & statuta indiscreta sigillans, locutus est Io- nathanis princeps Israeli: Pater meus, inquit, *1. Reg. 14.* turbauit terram. Indixerat namque Saul, ut in veperam vsque cibo populus vniuersus abstineret, mortemque communatus erat ei, qui ē suis, qui ad dena hominum millia per- tingebant, ante relatam ex hoste victoriā quid guftaferit. Edicti autem verba sunt haec. Adiu- ranus autem Saul populum, dicens, Maledicet uir, qui comedet panem *vsq; ad vesperam,* do- nec ules far de inimicis meis. Ipse tollitur satur erat, fuos tamen ne panem quidem guftare voluit

volut, sed exhaustos & semianimes inimicis instare; quod eius statutum filius explodens, vniuersum eo Israelem turbari obiicit.

Quot eheu! Prælati suis ciborum indicunt abſtinentiam, ipsi interim genium laute curant? quā multi Pastores & Superiores alios ad ieūnandum compellunt, ipsi totos perportant, & epulantur dies: quām multi similes illis Euangelicis qui dicunt, & alijs imperant, & iusla ipsi non faciunt, factaque verbis illorum non respondent; alligant onera grauia & imporabilitia, iussa, inquam, leges, & precepta indiscreta, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. An non hinc & in regnis & Ecclesijs omnia turbantur?

Magnus ille Apostolus, Prædicatorum Praelatus, & Prælatorum Prædicator, hanc imperandi rationem olim fugillans, & insolentem hanc cœconoriam ad meliorem redigere ordinem volens, ad potestatem ijs collatam, & ad primæ legitimæque confirmationis authenticas litteras confugit, ac de seipso Corinthiis scribit, *Vi non præfensi durius agam, secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi, in edificationem & non in destructionem.*

Præfules mali abusuntur auctoritate Prælati indiscreti, nee Paulum imitantur, dum sublimem hanc tuntur data potestatem ad religionem destruendam, pietatem encændam, mundum vniuersum turbandum usurpant potius, quām ad virtutes inferendas, charitatem colandam, Christianæ religionis limites dilatandos, salutem animarum procurandam, Ecclesiæ denique corpus ædificandum.

Vetus omnium perturbator, & sibi ipsi turbatus, & ad alios turbandos peridoneus fuit Achab rex, quem Elias, seipsum defensurus, & omnem malorum culpam in Regem retocens, hoc modo est allocutus, *Non ego turbavi Israël, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti viam Domini, & idolorum cultum amplexus es.*

Rebelles, & Secundò, rebelles & immorigeri & penes inobedientes seipos turbati sunt, & foris omnia turbantes midum ram in saeculo quām in monasterijs Cuius rei vniuersum figuram liber losse suggestum quo vniuersus turbant, exercitus Israël, sexcentis armatorum constans millibus, iuxta censum in Numeris auctum, viuis rebilis Achani inobedientia vehementi turbatus & commotus fuisse fetur, qui

cū morti addictus esset, hæc inter alias moriis eius causa prohibetur, *Quia turbasti nos, ex-Reli-turbet te Dominus in die hac ē casis nostris, giosus ino- & ex hac vita. Ita & hodier a die propter inobedientiam omnia turbantur & pervertuntur, cit ad vni- uersum or-dumtaxat inobedienti religioso, monacho dinem tur- immorigero, vno, inquam, aduersus su-bandum.*

Tertiò, peccatores & impii semper bella spirantes, pacem omnem detestantur, quietem bellorum, mundo eliminant, & vniuersum orbem terrarum turbis & motibus complexti sunt malorum, & ærumnalorum fontes, rebellionum scaturientes, & omnium, qua terris minantur & impendent, calamitatum cause primæ & incentiuia. Hæc portò veritas in lachrymis fundata est litteris, in quibus legere est, *Vir peccator turbat amicos, dissensiones creat, concordiam fugat, amicitiam dissipavit.* Eccl. 2.8.

Notabilis huius rei figura in Iona Propheta cernitur. Hic enim cum Deo parere detinetur, ac proinde enormis sceleris reus nauem conseruans, noxa delicti quām proxime imminentia, ecce tibi subito pelagus concitari, ventorum miseri prælia, procellæ insurgere, fluctus intumesce, tempestates & fragores passim cieri: idque vnius obnoxiam, quem Deus petiti, adeò vt parum absuerit, quin communem omnibus vectoribus perniciem, & generale naufragium attulerit. Eas, quas Ionas mari tempora magno sociorum qui eadem vebentibus naui discutimenter excitat, peccatores in terra causantur, summo vicinorum omnium dispendio. Iohannitum siquidem vindictam Deus, cum eorum prosequitur auctores, & contuberniadicam depositit, sapè etiam iij, qui eorum nium in contubernio agunt, eadem ruina & vindicta inuoluuntur, eadem subeunt iudicia, & parem pati sortem coguntur.

Tempestatum occasione multi iisque illustres auctores foedè illius tempestatis, qua Apostolorum scapha quassata fuit, ut & opem à Redemptore supplices petierint, & à naufragio non procul affuerint, causam inuestigantes, viuis Iudei delicto eam attribuunt, quem

Ion. 1.

Figura.

Ladas causa cūm profligatissimum ac perditissimum mortarium cōclum, & clementa, terra marique qua Apo-stoli con-cussi.

Vnus im-buissent. Videte ergo quas turbas, quae bella, & pius sufficit calamitates malaque lūdæ, peccatores, in-ad vniuersū quam, & impī, mundo arcestant. Vnus non-mundum nunquam sufficit ad tempestates, bella, diui-nētiones, schismata, conspirationes in familijs, vrbibus, prouincijs, regni ciendas, ad orbem denique vniuersum pernicie & ruinæ inuol-uendum.

Detracto-res magnas causantur turbas.

Ecclesi. 2.8.

VI.

Sex sunt quæ in ho-mine tur-bari S. ri-ptura no-tat.

Judith 14. Psalm. 6.

Ibid.

Psalm. 142. Ierem. 4.

Psalm. 6.

Cordis cu-hodium

& consternationi, de solius cordis perturbatione, imprimis ne commotioneque Dominum laborare, vt commen-pote quod sollicitè custodiri vult & iubet, dat Deus, dum ait, Non turbetur cor vestrum: quasi diceret, Tametsi sensus, oculi, ossa, mens, & vniuersa anima turbentur, cor saltem à perturba-tione immune conferuetur & immobile per-maneat, quod ipsum rationis sit thronus, con-sensus tribunal, decretorum curia, virtus deni-que principium.

Rursus nouum planè est & admirabile, cūm terra interdum turbetur, vt libr. 1. Reg.

Pater meus turbauit terram. cōclum quoque apud Isaiam, Super hoc cōclum turbabō, mare i-

tem apud Psalmem, Qui conturbas profundum Psalm. 64. maris. Montium etiam fundamenta apud

eundem Psalmem, Fundamenta montium con-turbata sunt. Apud Ezechielē insulæ ma-rinæ, Turbabuntur insulae in mari, quin etiam abyssi: Timuerunt & turbata sunt abyssi. no-

num, inquit, omnia hæc scilicet turbari & commoueri, solum cor immobile perstare & perturbationis expers esse Deum velle, Non turbetur cor vestrum, &c. quasi diceret, cetera omnia agitationibus & motibus exposita

sunt, omnia turbantur, confundanturque, cō-lum, terra, clementa, & omnia totius vniuersi membra; si cor modò humanum impavidum

& adamante durus persistat, nec perturbationibus succumbat, satis hoc mihi fuerit, nec plura desidero. Eius erant animi, qui dicebant,

Non timebimus, dum turbabitur terra; id est, eti fractus illaberetur orbis, eti omnis vniuer-si machina disolucretur, numquam tamen mihi decit animus, numquam me formido

corripiet.

Confidentiae huius rationem dans David, & hac ipsa gloriatus ait, Deus cordis mei, &

pars mea Deus in eternum. & solius portio nica Psalm. 72.

haereditaria, perinde ac si diceret; si cor meum tranquillum & securum est, si perturbationes nullas & insultus metuat, si passionibus non succumbat, & ijs ut rupes cōcli maris: que

minas ridens haud confundetur, non est quod mireris; Deus namque meus est propugnacu-lum, magnus ille Deus tota mea spes est & fi-ducia. Faecit huic interpretationi verio He-braica: vb. namque vulgata legit: Deus cordis

mei, Hebræa præfert, Deus petra cordis mei, &

rupes.

ii

Nec

**Cor ad sa-** Nec reuera mirum est , Deum boni nostri  
ludem ho- tanop̄ē studiosum , de corde nostro semper  
minum sollicitum & anxium esse , cuiusque no-  
maximē bis custodiam tam sedulō commendare  
referit .

**Prov. 4.** Cor enim humanum , et si vel intellectum ,  
vel voluntatem , vel solas cogitationes de-  
notet , ad salutem hominum permagni re-  
fert , & permultum facit . Quid agnoscens Sa-  
lonon ita quemque nostrum in Proverbiis  
alloquitur , *Omnis custodia serua cor tuum*.  
omnigena , inquam , conseruatione &  
præsidio ; noctu & interdiu ; intrus ac fo-  
ris ; per virtutes & bona opera ; per opera,  
verba , cogitationes ; per fidem , spem , chi-  
ritatem ; per vigilias & excubias . Aduigila-  
re à temptationibus contipiatur , per suggestio-  
nes decipiatur , & per perturbationibus obrutatur.  
**me** , inquam *turbetur cor vestrum* . Hæc vni-  
uersa Euangelij medulla est , quo relatio ad  
duorum Apostolorum nostrorum , quorum  
hodie festivitas recolitur , præconia conuer-  
tatur .

**VII.** **S. Philippus** Cū ergo duos hos illustres Ecclesiæ Prin-  
**& Iacobus** cipes , ac fideles filii Dei discipulos , Philip-  
pum & Iacobum contemplor ; duas illas tubas  
argentæ malleatione productas , quas in ca-  
stris dissoluendis H̄bræ clangebant , videre  
mihi videor . Quis enim neget , duos hosce vi-  
ros , ob prædicationis suæ clangorem & soni-  
tum , velut duas Euangelicas in Ecclesiæ ca-  
stris fuisse tubas , sed tubas argentæas , id est , vi-  
ros virtutibus ornatos , & in incude patientiae ,  
& tribulationum , persecutionum , & aduersi-  
tatum malleo in mundi huius fabrica forma-  
tos ?

**3. Reg. 7.** **Ecclesiæ** Videre rursus mihi in Ecclesiæ nostræ pauci-  
mento videor , quod olim in templo Salomo-  
nico conspiciebatur , duas scilicet columnas æ-  
reas , quibus Salomonis porticus nitebatur .  
Duo namque hi Pastores , tum ob auctorita-  
tem & potestatem acceptam , tum verò ob do-  
ctrinam , quam docuere & per orbem diffemi-  
narunt , verè Ecclesiæ nostræ basæ & columnæ  
fuere .

**Cant. 4.3.** Nec errauero à scopo , aut præter deco-  
rum fuerit , si rursus eosdem duobus sponsæ  
vbetibus , quæ in se in Canticis amans ipsa  
dilaudat , dicens , *Vbera mea quasi tur-  
ris* , pares esse dixero . Hi namque Apostoli

duo videntur ob immenam charitatem , be-  
nignitatem , & doctrinæ abundantiam ,  
velut vbera , & instar patrum nutritiorum  
mammæ virtute & scientia turgidas ge-  
stasse , quibus omnes terræ populos , & Ec-  
clesiæ filios lactauerunt . In illis siquidem Ecclesiæ .  
illud Iaias oraculum completum fuit , *Ad Iaias 66..*  
*vbera portabitini* , & gentes , Euangelicae  
doctrinæ lacte nutriemini , ac veluti alum-  
ni ad vbera hærentes , à Doctoribus & Patri-  
bus vestris gestabimini . Quod autem v-  
bera sua turri sponsa assimilarit , designare  
nimis voluit , Apostolos hosce quoad  
fidei animique soliditatem & constan-  
tiæ turrium & columnarum marmorearum  
super bases argenteas fundatarum instar  
fuisse : verè , inquam argenteas , virtutibus sci-  
licet , scientia , & donis Spiritus S. Denique in-  
nutabilia , & immobilia Ecclesiæ fuadamenta  
fuisse .

**Cant. 5.** Figurarunt & eosdem olim nubes illæ  
loquentes , nubes illæ admirabiles , de  
quibus Psalmista loquens ait , *Vocem de- Psal. 6.*  
*derupt nubes* : quod ad literam de nubibus Apostoli  
in aerea regione suspensi nequit intelligi , dicti nubes  
ut pote quibus nec ratio , nec lingua lit⁹ volantes &  
sed mysticè de Apostolis , qui verarum ritu loquentes .  
nubium per omnes orbis angulos prædicati-  
onis sua vocem intenderunt . Hinc & desi-  
gnati sunt per nubes illas volantes , quas e-  
minus conspexit Iaias dicens : *Qui sunt isti ,*  
*qui ut nubes volant* , eunt & redeunt discur-  
entes ?

Communiter hoc à Patribus Apostolis  
accommodatur ; & ipse generali huic de om-  
nibus expositioni nixus , de duobus hisce disce-  
pulis singillatim interpretor , qui vera extite-  
re nubes : Primum quidem quod sublimes ad  
contemplanda celestia euolarunt . & à ter-  
renis liberi , in aera celesti quadam conver-  
tatione suspensi sunt . Hinc sanctus Philippus  
mysteria sublimia indagatur , magna cum  
admiratione Domino alias ait , *Domine o-*  
*ffende nobis Patrem* . Videlis , quām sublime se  
extulerit : quantum se à terra subduxerit :  
quām intimè intra aera se abdiderit :  
nil in terra videre amplius , nil in sei-  
pso amplius agnosceré , nil amplius in  
mundo concupiscere , nil spectare , velle ,  
de luderare , præter unicum Dei conspectum , an-  
non .

**S. Philippus**  
& Iacobus  
nubibus  
collati .

Philip. 3.

non est esse similem ei, qui eodem estuās zelo, magna animi generositate aiebat. *Nostra conuersatio in cœlū est* perinde ac si diceret: *E si viuamus in corpore, & in mundo conuersemur, animo tamen affectuque instar Angelorum habitamus in cœlestibus.*

Nubes du-

plicem ha-  
bent motū. quod sicut nubes duplice habent motum, & quidem duplice à principio ortum, unum qui-

dem ratione solis, qui eas è terræ abyssō elici-

tas in altum librat &amp; uechit, iuxta id Psalmographi,

*Educens nubes ab extremitate terra: alium*

verò à ventis, à quibus disperguntur &amp; reuo-

cantur: &amp; quocumque demum impellantur, ad

dextram vel sinistram, ad ortum vel occasum,

prout ventis &amp; turbinibus agitare eas allubue-

rit, sequuntur &amp; obtemperent necesse est ita &amp;

Apostoli hi duplice experti sint motum: Primū

quidem, quod è terra limo, mortalium fece,

mundanorum conditione, per solem illum iu-

stitione ducti, ad summum honoris fastigium,

ad animarum regimen, ad geatum conuer-

sionem, &amp; usque ad Ecclesiæ imperium, atque

inde ad regnum celeste uecti sunt, iuxta id

*Psalms. Qui operit cœlum nubibus.* At secun-

dum multo etiam melius: nam Apostoli motu

quodam illis proprio &amp; naturali moti non

fuere: nec cerebantur, quod volebant &amp; animus

propendebat, sed quod magnus ille ventorum

Rex, sanctus inquam Spiritus, eos quod allube-

bat impellebat, dirigebat, inspirabat, &amp; moue-

bat. Quod iam olim designauit in Cantico

suo Moses dicens: *Magnificientia eius discur-**runt nubes.* Hinc singuli dicere de se Apostolinon immixtò potuere. *Spiritus tuus bonus**deducet me in terram rectam.* Præsignarunt id

ipsum &amp; rotæ Ezechielis, de quibus dictum est,

*Vbi erat impetus, illuc gradiebantur & ro-**tae.* Et sanè Apostoli velut rotæ quædam agi-

les triumphalem Ecclesiæ currum prouenien-

tes, per vniuersum discurrerunt orbem, per

terram inquam &amp; mare, quod Spiritus sancti

eos impetus propulit; &amp; magni huius auriga-

ductorisque motus, propulsationem, &amp; iufla-

ybique &amp; in omnibus secuti sunt.

Tertiò, nubes aqua &amp; rora turgidae sunt, ar-

que instar lagenarum aut potius penus ad to-

Nubes sunt tuis naturæ directionem &amp; cœconomiam, cum

naturæ celæ à sole dissolutæ ac quodammodo perforatae

sunt, sicutiibus potum subministrant, terre-

stria tercent & reficiunt, & vniuersam terræ superficiem irrorant, iuxta illam S. pientis sententiam, *Si replete fuerint nubes, imbre Eccl. 11.* effundent super terram. Hanc ob causam Apostoli omnes veræ fuere nubes, ac præsextum hī duo, nubes, inquam, cœlestes, gratia & benedictio turgentib[us], quæ magnæ cuiusdam charitatis, & in bona piaque opera effusæ ardore dissolutæ, per doctrinæ & predicationis torem, & assiduum bonorum exemplorum pluviā, vniuersum irrigarunt mundum, fructumque ferre coegerunt; vt meritò de ijs dici illud Pro-  
*Pro. 11. vrbiorum queat, Sapientia illius eruperunt a-  
byssi, & nubes rora concrescunt, &c.*

Non erant porci nubes, quales ille, de quibus in epistola sua scribit Iudas, *Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur; quibus prelati ac Pastores denotantur, in Ecclesia quidē nubium instar cleuati, sed humoris omnis expertes ac steriles, quicq[ue] non nisi ventos procreant, & tempestates crient, in quibus scilicet nullus eluet pietatis sensus, qui præter factum vanitatemque suis in moribus nihil preferunt, & ad congregations omnes perturbandas, & tempestates in Ecclesiam immittendas, solum prosut. Huiuscemodi nubibus comminatur Isaia dicens: *Mandabo nubibus ne pluant super terram.* Insignem scilicet hoc Dei iram & indignationem tedolet, quando Antifites omnis scientiæ & virtutis expertes, qui sunt velut nubes sine aqua, ad Ecclesiæ régimen assumentur.*

Quartò certissimum est, nubes ad totius Nubestri vniuersi conservationem conferre, terramque fœcundant, frequenti pluia & influxu, quem suæ ylla exceptione & discrimine vndequeque, diuerfimodè tamen in diuensis mundi partibus immittunt, fœcundare & vberem reddere. Apostoli hoc mirifice quadrat, qui nubium adinstar orbem vniuersum in virtutibus, pietate, bonisque operibus feracem, suauibus illustris prædicationum suarum imbris redidere, quos imbre sine vlo locorum personarumque discriminé, ybique, omni in lingua, omni hominum generi, perque omnes mundi plagas effuderunt. testatur id Psalmographeus, dum ait: *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum, &c.* Idque magna succendentum ac Presulum, qui hodie ad Ecclesiæ gubernacula sedent,

COR.

confusione & infamia : qui inter se diversi sunt, & diversimode varioque modo irrigant, benefaciendo, gratiasque suas ac Praelati alii beneficia conferendo. Aliqui enim illorum qui erga a fluuiorum & caminum, nonnulli agros proximos & mos humectantium, in morem irrigant, quod consanguinis nonnulli ad se spectantibus, & necessitudine sibi coniunctis, vel famulis, amicis, aliisque notis taxat effusi, & familiaribus, quos extollere miti gestiunt, benefaciant & munificos se praebant. Vnde vetissime dixit Prophetam ostendunt, *Parcet unusquisque eos, qui sub manu sua, ant.*

Alij vero puteis & cisternis persimiles sunt: ut enim hęc aquarum receptacula, puteri inquam, nonnulli scipios irrigant: aqua enim foras ad alia loca humectanda non prosumptis; & si quando aqua inde petenda, magna cum difficultate & labore id fiat necesse, Ita & permulti Praelati, honore, commodis, diuinis similitudinibus pleni, nihil foras efferrunt, neminem illes putatis & larum participem reddunt, domi manent omnibus, sibi soli asservant, & in propriis vlsis aqua omnis in puto remanet, reditus omnes aut in culinam absolvuntur, aut in area thesaurosque asservantur: & si quam forte interdum eleemosynam faciant, quam egerim eadem exprimitur; imitantes hoc pacto, quod in Proverbiis scribitur, *Habete diuinas & scientias solis, nec sint alieni participes vesti.*

Sunt tertio ali mari similes: quo enim suos elementum hoc noctes & dies modo vapores & humores in altum versus nubes exhalat, que nulla indigent irrigatione: eodem etiam plurimi hodie Antistites Ecclesiastici humores suos, id est, beneficia emittunt, conferunt, opes impendunt, liberalitasque exercitent ei-ga opus entis, Prelates, Magnates & Principes feculi iisdem minime indigentes: in egentes verò & in opes humoris omnis expertes ne obolum effundunt, cum tamen in Euangeliō secus Salvator docuerit dicens, *Cum faciūt conuīnum, noli vocare diuitias, &c.*

VIII. Boni Praelati, qui veras imitando nubes sine villa personarum acceptancea a quam suam passim effundunt, omnemque terram & Ecclesiastice frutices aequaliter irrigant: quos ad viuum fons ille repräsentat, qui aſendebat de terra, & irrigabat uniuersam superficiem terra. Ipsi namque à terra sublati,

*Bess. de Sanctis.*

& int. diuin obſeruati in talibus, ad amplissimas iam dignitates sublimati, & ad animarum regiam en delecti, velutlympidi quidam fontes Scientia & doctrina uniuersam regionem irrigant, omnesque Ecclesiastice agrum unum ferace mque reddunt. Hoc qui modo vitam Praelati instituunt, suoque humectant, illud Proverbiorum executioni mandant: *Deriventur fontes, foras, & in placeas aquas tuas diuide, id est, ut moraliter interprete, quia ceteris in Ecclesia præs. quicquid in Bonorum ea dignitate es aut saltem esse debes scientiae, Praelatorum virtutis, opum, & diuinitatum factis, hasce aquas descriptio, tuas foras de tua, gratias & commodities alijs communica, & potissimum extensas, & in plateis illas diuide, id est, oīnibus de eisdem expandere, nulla sanguinis, naturae, amicitiae, personarumque habita ratione, sed nubes nostras rursus repetamus.*

Quinto, nubes rostrata & fulgura procreant. Ita & sancti Apostoli, miraculis, prodigijs & bonis exemplis uniuerso orbi illuxerunt: vnde de illis accipiam illud Psalmista. *Illuxerunt coruscationes tuae orbi terre, origo. commota est, & contremuit terra, nam ad illud strum, que Apostoli patrarent, miraculorum coruscationem & splendorem, uniuersus terrarum orbis præstupore & admiratione contremuit. Suis etiam prædicationibus intonuerunt, & quidem tanto fragore & imperu, ut per omnia di clima, ab arctico polo ad vicos antarcticos, sonus prædicationis illorum fuerit extensus. Redictum hoc à Psalmographo, In omnem terram exiuit sonus eorum. Verum ceteros inter sanctos Philippus & Jacobus maximè tonuerunt.*

Sancti Philippi quidem vitam, virtutem, pietatem, doctrinam, patientiam magnitudinam fragore per regna barbara, & provincias exoticas intonuisse certissimum est. Natale solum ei fuit Bethsaida Galilææ oppidulum, quod & duos alios illustres Apostolos & fratres dedit, sanctos Andream, inquam, & Petrum beatum, inquam, tam inclitorum virorum nativitate oppidulum. Et sane dum nominis illius arcana & etymologiam penitus indago, nescio quam beatitudinem ac felicitatem nota: nam idiomate Hebreo Bethsaida tantundem sonat, quod dominus venantium, aut venationis, quo designatum

Y  
tum

**Ierem. 16.** tum est, Deum hoc ē loco producetur viros, qui animas venarentur, de quibus iam olim l-  
saias præsigo prædixerat spiritu, Mittam eis  
venatores multos, & venabuntur eos per mon-  
tes & valles, & nullo non loco.

Occurrit hic in primis, Apostolum hunc Christo familiariter admodum fuisse: unde ea familiaritate nixus petere ab eo ausus est, *Domi-  
nū ostende nobis Patrem*. Magna qui-  
dem sancti Ioannis cum Dei filio fuit familia-  
ritas, ob quam in Euangeliō passim hoc voca-  
tur nomine, *Discipulus quem diligebat Iesu*. In cuius familiaritatis signum miratur Scrip-  
tura, cur cæteros inter Apostolos solus ipse pridie passionis rogare Dominum ausus sit,  
*Domine quis es? qui te tradidurus es?* At maior mihi sancti Philippi fuisse familiaritas vide-  
tur; cum quam propositum quæstio maior fuerit, & dignior. An non enim familiaritatem quædam intimam & priuatam redolebat, secreta eius, & mysteria diuina nosse, ac diu-  
nitatis adytæ penetrare velle, qualia haud dubiè sunt Patrem æternum, primam SS. Trini-  
tatis personam, omnis diuinitatis originem ac fontem, & rerum cunctarum conditorem cognoscere.

**Christus**  
**Philippum**  
**consulit.**  
**Ioann. 6.**

Erat adhæc Philippus vir prudens, rerum peritus, & insigni prudentia prædictus, & quidem tanta, ut Dei filius illustre hoc multiplicatio-  
nem panum in deserto facturus miracu-  
lum, prius Philippum consuluerit rei illi diffi-  
cultate proposita, & quid hac in re facto opus  
foret, percunctatus, *Philippe, unde ememus pa-  
nes, ut manducent hi?* Valuisse quidem prude-  
tia & ingenio inter reliquos discipulos hinc colligas, cum æterna Dei Patris sapientia illum potissimum consulat, & cum is, in quo omne consilium habitat, & sapientissimi quibusque id suggestus, ab hoc Apostolo in re tam anticipiti consilium exposcat.

**S. Philippus**  
**Gentium &**  
**alienigena-  
rum Patro-  
nus.**  
**Ioann. 12.**

Hanc eius sapientiam, prudentiam, & pro-  
bè consulendi pertinam cum perspectu habe-  
rent Gentiles & peregrini, eiulque merito ac  
virtute cognita, cum præreliquis suum apud Christum patronum ac causidicum esse volue-  
runt, hunc scilicet primò adierunt, huic peten-  
da, & quod Christi videndi habebant deside-  
rium manifestarunt. Testatur id Ioannes, di-  
cens: *Venerunt Gentiles ad Philippum dicentes, Domine, volumus Iesum videre.*

Accedit quid non nisi pietatem & deuotio-  
nem spætabat Philippus; animus enim eius S. Philippus  
totus erat in Deum defixus, & cogitationi pietatem  
bus extra mundum cerebatur. In Apostolis colebat.  
quidem omnigenæ fuere conditiones & indo-  
les, quod illorum postulata & petitiones Variæ A-  
fatis manifestant. alij quidem honores & di-  
gnitates temporales postulant, vti filij illi Ze-  
petiones bedæ apud D. Mattheum: *Dic ut sedeat bi Matth. 20.  
duo filij mei, unus ad dexteram, & alter ad sinis-  
tram.* alij vero futurorum cognitionem &  
notitiam: *Dic nobis, quando haec erunt.* alij de Matth. 24.  
inimicis vindictam, *Nisi dicimus, ut descendat Luc. 9.  
ignis de cælo, & consumat illos.* alij denique  
mercedem & præmia operum suorum, ut qui  
apud sanctum Mattheum dicunt: *Ecce nos re-  
liquimus omnia, & scuti sumus te, quid ergo Matth. 5.  
eris nobis?* At sanctus Philippus ab omni ambitione,  
vanitate, & corum, que ad mundi re-  
gimen spectant, curiositate alienus, & animo-  
ia cœlestia dumtaxat sublatus, viuacem Dei vi-  
sionem, & Patris æterni cognitionem postu-  
lat, ut pote in qua omnis nostra felicitas & bea-  
titudine consistat: *Domine ostende nobis Patrem.*

Denique post infinitos labores & discrimi-  
na pro Euangeliō prædicione, Iesu Christi  
gloria, religionis stabilitamento, pro fidei de-  
fensione & animarum denique salute exhau-  
sta, & exantata, illustri martyrij corona non  
sine gloria vitam finiuit. Affixus ergo fuit S. Philip-  
pæ cruci Hierapolí Phrygiæ metropoli, idque ad  
exemplum eius quem diligebat, & à quo vi-  
cissim vincere dilgebatur, quo crucis supplicio  
nullum tunc quidem apud Ethnicos erat im-  
manius, ac sensus magis crucians, simul & i-  
gnominiosius ac maius probrum inuolvens.

Audite quid nouum & inauditum. Adeò Supersti-  
quidem crux & crucis suppliciū Geribus exo-  
tiosa Ger-  
sum, & abominabile erat, ut superstitiosè tilium de  
domum illam plane lastratam, & ab omni  
finistro omne & aduersitate immutarem fo-  
re credentes, in qua vespertino, aut aliud hu-  
ijsmodi secundum animal esset crucifixū. Quin  
& longius progressi, vrbes integras & reipu-  
blicas tum prorsus expiari sibi periuadebant, si  
quando sceleratos aliquos, aut quos flagitio-  
los credebant, cruci velut piacularis hostias  
affigerent. Hinc & Iudei mortis genere tur-  
pissimo & probrostissimo omnium Redempto-  
rem tollere conatu, iuxta illud maiorum olim  
votum,

Bapt. Pius  
c. 35.

Cap. 2.

votum, Morte turpissima condemnemus eum, ipsum crucis supplicium illi pararunt, vti & Philippo nostro Phryges.

In cuius virtutibus, perfectionibus, meritis, laudibus producendis non ero productor, vt sancti Iacobi praeconij suis etiam sit locus. Iacobi, inquam, Minoris, ita quidem vocati, non quod ceteris minus Redemptori charus exsisterit, aut minoris alijs sanctitatis aut prudentie; sed dumtaxat, aut quod inter postremos a Christo ad Apostolicum munus vocatus sit, aut quod alias in Christi consilium cum sancto Petro & sancto Ioanne admittetur, non verò ipse, aut forte quod inter Apostolos minimus foret, & humillimus.

Sanctus hic Apostolus, si quidem D Hieronymo, & Hegesippo credimus, ea apud Deum auctoritate valuit, vt in veteri matris fuerit sanctificatus, & prius quam lucem aut sollem intueretur, celos sibi viderit referatos, & gratiam cœlius conferri. Hanc ille sanctimoniam toto vita coluit tempore, & tanta quidem apud cunctos auctoritate, vt teste Hieronymo, omnes undeque ad eum cognoscendum videndumque confluenterent, & zelo, & pietate acti, sepè ad fimbrias vestimenti eius, e reuerentia & sanctitatis existimatione, per confertam hominum qua cingebatur turbam exscandalas proasperarent.

Vitæ S. Iacobis austereitas.

Honorem hunc & reuerentiam causabatur vitæ quam ducbat sanctitas & austereitas; numquam enim vinum bibit, numquam carnem gustauit, comam non tocondit, numquam oleo balneo vel usus est, vili veste, assidue laborans, semper orationi deditus, pietate ardens, rigori poenitentiaeque semper intentus. Hec plerique è sancto Hieronymo deprompsi: *Vinum, inquit, & siceram non bibit, carnem numquam comedit, ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est undus, balneo non est usus, &c.*

S. Iacobus Chilitum Dominum vulnu retulit.

Inter cetera verò, ob quæ beatum prædicamus Iacobum, non postremum fuit, quod Christo Iesu similis fuerit. Et sicut vultus, lineamenta, agendi mores, gestus, & quidquid humanum erat, adeò Christianum Domum referebant, vt vix internolcerentur, & inter se confundentur; hinc vulgo frater Domini est nuncupatus, ita namque cum ad Galatas

scribens vocauit Paulus, *Alium autem Apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini, vt non immerito propterea in eum quidet illud Poetæ: Os humerosq; Deo similis.*

Adeò quidem illi similis erat, vt una haec Cur Iudas inter alias causa fuerit (vt quidem plurimi Patrum sentiunt) cur perfidus & perditus Iudas, osculatus Dominum proditur, Iudejus osculi eum signo internoscendit, ne forte in Iacobum, facie ac vultu ei persimilem manus injicentes quos inter se sciebat ipse proditor solus dignosebat, vt qui utrumque probè nōrat, cum ambo Redemptoris pariter in contuberno egissent.

Nonnulli huius similitudinis rationem in Opinio Eudagantes curiosius, indequòd frater Domini febij S. Iacobum fuisse Iosephi appellatus sit Iacobus, nouas proculerunt opiniones, & in exoticas inauditæque abierunt sententias. Eusebius inter primos Iosephi filium creditit, & Christo Domino natum etiam maiorem, atque idcirco fratrem eius esse nominarunt. Verum hanc opinionem confutat S. Hieronymus, simul aliam quamdam Heluidij hæretici sententiam iugulans. Alter quidem alij senserunt, & idēo fratrem nominari, quod è paterno materneq; genere Christum cognitione proximè attingeret: quod nimirum Cleophas eius pater, Iosephi, qui vulgo vt Christi Domini pater habebatur, frater esset; ipsa insuper Deipaca, iuxta Euangeliū, matris eius soror.

Verum securior, veroque proximior opinio est dicentium, eum fratri Domini vocatum *Vere rāesse nomine ob duas rationes præcipue: prima, tiones cur quæq; vixit, ob sympathiam humorum, modum & agendi rationum similitudinem, physiognomia, lineamentorum, & vultus correspondunt; altera vero, quæ lōgius petitur, pellatus, ob sanctitatis eius eminētiā, vti enīm Dei filium vultus lineamentis referebat, ita & pectante, deuotione vitæque sanctitate illi creditus est similis fuisse. Hanc ob causam frater eius est appellatus.*

Hanc aliasque ob rationes miræ erga eum Dominus benevolè, iæ signa Redemptor exhibuit; vt vix post resurrectione nota communiaq; alijs taceat, vnum hoc affectationem feram, quod omnium maximum fuisse credo. Iacobus singulariter sc. à resurrectione soli illi in singularis a gillatim micitiæ signum glorioſus & triumphans apparuit. testatur id Paulus hoc modo Corin-

CONCEPTVS THEOLOGICI

*1 Cor. 18* ihis scribens, *V*isus est Cepha, & post undecim;  
deinde visus est Iacob.

*2. Iacobus* electus Episcopus Hie-  
tum. Tantæ porro apud reliquos Apostolos au-  
toritatis erat, itaque eum suspiciebant uni-  
uersi, vt communis sit suffragio in Hierosoly-  
morum, Christianorum, & Apostolorum Epis-  
copum delectus, & primo Ecclesiæ Concilio  
præsederit. Cur autem cum potissimum Epis-  
copum constitutum ordinatumque putatis,  
Aud tores, etiam ante Petrum, qui primus &  
caput omnium erat, & cum tunc temporis uni-  
uersa Ecclesia vrbis illius dumtaxat mœnibus  
concluderetur, aut saltem extra Iudeam non  
extenderetur, iuxta id Prophætæ vaticinium,  
*Notus in Iudea Deus.* Tum verò hoc præter  
vulgarem mundi consuetudinem fecit & vide-  
tur Christus, vbi in beneficiis Ecclesiasticis  
consanguineis consanguinei succedunt. Ra-  
tiones, cur hoc ita factum sit, eximiæ sunt; qua-  
rum hæc prima sit.

*3. Ratio, cur* Ob insignem scilicet & illustrem vitæ eius  
Jacobus in sanctimoniam, tum verò, quod Christo inter  
primum sit ceteros simillimus esset, ac proinde ceteris di-  
Episcopum gnior, vt ei in Ecclesiæ regimine succederet,  
electus. iudicatus, vt in Iacobo verum id esse con-  
firmeretur, quod de alio quodam scriptum legi-  
tur, *Iacobus est pater, & quasi non est mortuus;*

*Eccl. 5.* *enim reliquit post se,*  
2. *Lib. de con-*  
*fid.* *ha* est. In Deuteronomio iussit Deus, vt  
fratre sine sororis & progenie decedente, fra-  
tersan & proximus defuncti semen, eius  
vxore in ducendo suscitaret. Atqui sanctus  
Jacobus singillatim, & insigni cum prærogati-  
tua frater Domini vocabatur; hinc meritò &  
ex iure æquitatis, sponsæ ipsius, id est, Eccle-  
siæ illius singularis & primi, Hierosoly-  
mitanæ scilicet, quæ deinde vniue. lis facta  
est, curam, & administrationem suscipere de-  
buit, vt fratre sine liberis defuncto, Iesu Chri-  
sto inquam, qui paucos admodum conuer-  
terat, iuxta legi normas, stirpem propaga-  
ret: quoniam verò lex volebat filios nascitu-  
ros non patris, à quo gerabantur, sed eius,  
eui & ob quæ excitatabantur, nomine vocari, &  
de familia eius serui, ita & oēs, quos spiritualiter  
S. Jacobus peperit, ad Euangelium eos conuer-  
tens, non ex eius nomine Iacobitæ, sed Chri-  
stiani, utpote ex Christi, cui & ob quem gene-  
rati erant, & in Ecclesiæ admissi, nomine vo-  
cati sunt.

Sublimis Philosophia, & illustre docu-  
mentum hoc Prælati & prædicatori us est,  
nihil vt sibi in animarum conuersione, doctri-  
nae fama, mirabili prædicationis & miracu-  
lorum opere ascribant, sed laudem & gloriam  
omnem Iesu Christo, qui summus est magi-  
ster, & cuius illi non non nisi vicarij, legati, &  
commisarij sunt, attribuant, ad imitationem  
eius, qui tanta cum humilitate dicebat, *Non  
nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

Huus rei figura in historia Regum legi-  
tur. Ioab namque summus copiarum Davidis *Reg. 11*  
præfetus: cùm vibem Ammonitarum Rab-  
bath tam arcta obsidione cinxisset, viam iā-  
mam esset occupatus; ante quam tamen extre-  
ma tentaret, ilicet ad Regem nuncios misit, di-  
cens, *Dimita ad uerus Rabbath, rogans ip-  
se, vt coram adesse ne grauaretur, quo omnis  
ili victoria ascriberetur, & deuictæ vibis glo-  
riæ regi hoc pacio cederet, non ve o loabo mi-  
lii dumtaxat & clienti regio: Obside, inquit,  
ciuitatem, & capte eam, nec cum a me vastata  
fuerit vrbis, nomini meo ascribatur victoria. Ita  
Prælati & Prædicatores quoties aliquam de  
inimicis suis in bellis spiritualibus retulere vi-  
ctoriam, non sibi honorem attribuere, sed omnia ad Regis regum gloriam debent referre,  
cuius non nisi famuli, & inutiles serui sunt, se-  
cundum illam Euangeliū sententiam: *Dicite,  
serui inuestis sumus.* Sed ad rationes nostras *Luc. 7.*  
redeamus.*

Tertia ergo fuit, vt hinc constaret, Eccle-  
siam Hierosolymis stabilem minime futurā;  
hinc, quoniam perpetua ea futura non era,  
S. Petrus eius Antistes & Prefectus non est cō-  
stitutus, utpote qui eternæ Ecclesiæ reseruatur,  
sed sanctus Jacobus dumtaxat, qui Domini  
erat consanguineus. Quoniam verò iude-  
orum Pontificatus de patre in filium de co-  
gnato in cognatum, continua serie succede-  
bat, utpote consanguinitati & familię anne-  
xus; hinc Christus aliquatenus huic se mori  
accommodans, & vnum utcumque alteri con-  
nectens, suum post se cognatum in eam Ec-  
clesiam voluit succedere, cùm probè sciret,  
eam ita carni & sanguini, id est, consanguini-  
tati & proximitati carnali naturalique inni-  
xam, perpetuam nequaquam fore, sed  
eam in spiritualem potius omnino commu-  
tandam.

Quar-

Allegoria  
insignis.

Quarà, vt figura veritati respondeat. Occurrunt siquidem in Genesi tempore legis naturae gemini Rebecca filij moribus ambo & indole discepentes, & ad diuersanati, etiam inde ab yterò matris alter alteri inimicus & aduersarius. Notandum porrò in duobus hisce fratribus venit, à Iacobo iuniore Esau seniorem supplantatum esse, & primogenitorum iure excidisse. Rebeccam si quis bene consideret, veram synagogę imaginem eam fuisse facteu necessè est, quæ bonos simul & improbos continebat, qui proinde assida in contentione & bello agebant, sed minor maiorem supplantauit, cùm Iacob parvus aut Iacobus minor, maiori natu, id est, sancto Petro, prælatus est.

*Bal. 2.*  
S. Iacobus dictus columnam Ecclæsie.  
Iacobus itaque, et si minor nomine, magnus fuit dignitate & prælatura. Hinc cum Paulus in epistola ad Galatas vnum è columnis Ecclesiæ nuncupat. *Cum cognouissent, inquit, gratiam, que data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnam esse, dexteras dederunt mihi, & a societatis Iacobum porrò priuatum.* tres præcipios nominat, idque non sine ratione; fuit enim inter omnes Apostolos magnus & illustris doctror, genero illustris doctror, ac veluti immobilis ad Sacrautor & Saimentor, & primiorum fidei articulorum crumento. & mysteriorum defensionem columnam Ecclæsie protégens.

Primò namque sacrificium Missæ propugnauit ipsum primò publicè celebrando, & illustribus cærimonij exornando, quas deinde S. Basilius & Chrysostomus suis in liturgijs adhibuerunt, inque Ecclesiæ Græcam deinde transfluerunt. Accrimè deinde & honorifice Sacramentum Proætentia hereticis adeo exosum, auricularem inquam confessionem, propugnauit, tam apertis eam verbis adstiens. *Conitemini alterum peccata vestra.*

Ad hæc Sacramentum Extrema vñctionis, quod a grorum auxilium, solatium, recreacioneque spectat, affrui, verbis quidem adeo euidentibus, nullus vi Euangelisti clarioribus de eo sibi locutus aut scripsit, at solus ipse eius vñctus & præximus docuerit: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesie, & orant super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Clarioribus id sane verbis exprimi nequivat. Rorius, quam sincere, aperte, quin imò Catholice de bonis operibus ac fide differunt; an non*

docuit & sua velut manu signauit, sine bonis operibus fidem mortuam esse?

Vidissis igitur & audistis. Auditores, vitam, gesta, virutes, & merita horum Apostolorū. Auditis illorum præconia, non quidem quæ illorum promeretur magnitudo & dignitas, sed quæ nostra depromere potuit tenuitas. Auditis elogia, exaltationes & panegyricum duorum horum illustrium virorum. Restat ergo, & nostrum est, idque Christiani nominis gloria exigit, vitam & sanctitatem ipsorum, quā proximè imitari, quorum virtutes & mirabilia tam æquis auribus audiimus. Ponamus hinc igitur ob oculos sanctam illam S. Philippi intentionem, diuinos affectus, atque illustria & heroica desideria, ut pote qui præter visionem Dei & Patris cœlestis cognitionem, aliud non optauit, quæsiuit, aut postulauit, & ipsum imitemur: illinc verò S. Sacobi pietatem, orationes, & assiduum in orando perseverantium; ipse namque adeo orationi dedicatus erat, ut assidua genuflexione callos poplites obduxissent, adeo quidem duros, ut eam melinam duritie pellem æquarent: quod sanè nisi testium omni exceptione maiorum testimonia constaret, fidem superaturum videbatur.

S. Iacobi genua assidue oran- do callum obduxerant.

Ad vos ergo, gloriosi Apostoli, totius universi principes, terre lumina, Ecclesiæ columnæ, religionis bases, doctores fidei mysteriorum dispensatores, conscientiarum directores, scripturarum interpres, Christi Domini domestici, animatum curatores, & fidelium duces, supplices dexteras tendimus, ad vos corda suffollimus, à vobis auxilium speramus, ad vos vota precesque dirigimus, vos inquam, sancti Apostoli, qui in mundi conuersione, Euangelij prædicatione, crucis exaltatione, & Iesu Christi gloria tam strenue & generose laborasti: qui tyrannos perterritiisti, idola cœueristi, Philosophos obmutescere compulisti, persecutoribus insultasti, de supplicijs triumphasti. Vos in patres spirituales agnoscimus, vos vt magistros reueremur, velut intercessores & patronos invocamus, vel ut iudices nostros singillatim, & totius oibis generatim futuros, honore prosequimur. Beatisime Iacobe, tuque beatissime Philippe, nobis adeste, nostras partes suscipite, & facite, vestro auxilio gratiam, ac peccatorum veniam.

Apostolo-  
rum epi-  
theta,

Y. 3. impe-

impetrare, posthanc verò viram gloriam æternam consequi mereamur. Ad quam nos Pater & Filius, & spiritus sanctus perducere dignentur. Amen.

## IN FESTO ASCENSIO- NIS DOMINI

### Partitio.

- I. De Ascensionis triumpho, nomine & gloria.
- II. Adiuncta ascensus Domini.
- III. Figura de Ascensione.
- IV. Ascensionis causa prior humiliatio Christi.
- V. Posterior cœli referatio.

*Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dexteris Dei. Marc. 16.*

### FIGVRA.

**A**RE A Noe, postquam quadraginta dierum spacio diluvij aquis, ac tempestibus circumquaq; fuisse agitata, tandem in montibus Armenia fixa stetit. Arca testamenti cum multo iam tempore in castris sub papilionibus & tentorijs castris habitasset, summo tandem honore, magnificè ac pompa in templum Salomonis deducta fuit. Videas porro hodie vtramq; hanc adimpltam. Hodie enim sacra Iesu Christi humanitas, vera Noe arca, cum quadraginta horas in turbulètissimo passionis Oceano, vero tormentorum diluvio natasset, ac deinde quadraginta diebus in mudi huius mari fluctuasset, tandem summis cœli montibus requieuit.

Hodie quoque vera illa arca testamenti, cū longo tempore, non dico inter Philistijm, sed Iudeos, in agris & deserto mundi huius subfuisse, tandem omni qua fieri potuit pompa, solennitate, triumpho, ac maiestate non in templum Salomonis, sed in regnum cœlorum recepta est, atque hoc ut mysteria elucidarentur, oracula vera fuisse comprobaretur, ac Prophetas prænuntiasse constaret. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificatio-*

*Psal. 131.*

*nis tua. O diem gloriosum! diem cœlorum reseratione nobilem! diem Regis Regum coronatione insignem! diem Dei Filij triumpho celebrem! diem ascensione Iesu Christi admirabilē! Tu vero Domine, ut digne de his omnibus loquamur, totque mirabilia referamus, Spiritus tui paracleti nobis gratia succurre: tuque gloriofa Deipara, vñica in hujusmodi Oceano fluctuantium cynosura, tuis nobis hic precibus auxiliare: idcirco interea dum Angeli & Cherubini filio tuo symphoniam & laudes decantant, nostras tibi salutations quas consuevimus offeremus, magna animi deuotione tibi recitantes*

### AVE MARIA.

Historici prophani, sæculi sui mirabilium secretarij & interpretes, Cæsaris orbis terroris triumphum recitaturi, quo verborum stylè, quo sententiarum pondere ac splendore cunctè expressi sint, nesciunt. *Quis enim non miratur Cæsarem hunc solijs & diuirijs onustum, per victorijs tumidum & quadriga triumphali inuestum, quem quadraginta trahebant elephanti, magna pompa & solennitate Romanū Capitoliuni ingredientem? & Antonium, qui subactris varijs gentibus carpento infedit, cui quatuor leones adiuncti erant; Aurelianum etiam, qui ceruos ad quadrigam, equorum loco habuit: sed non minus hodierna die labrantes video sanctos nostros Euangelistas in triumpho Iesu Christi, eiusdemq; glorioso in cœlestem ciuitatem ingressu describendo, qui iam non in Hierusalem terrestrem misellis & vilibus animalibus inuestus, vili plebecula Ingressus stipante & populari solum applausu exceptus, Christi in ingredientur, sed cœlum empyreum nubibus insidens & ascendens super alas ventorum, Angelis comitatus, & magno cunctorum cœli ciuitum applausu & harmonia diuina exceptus: ignorant inquam, quoniam hunc describant modo, materia vires exuperat: duo ex illis nullum omnino verbum de eodem habent, alij nonnisi verbum atq; alterum, quo mysterium magis regitur quam panditur, proferunt: *Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, ait Lucas Postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, habet Marcus.**

Et sanc materia adeo sublimis, mysterium adeo